Suspensionibus, Fatalibus iuris, processu Terrestri bello, convocatio:
nisque vel aliis quibusvis iuris remediis et defensis, non sub:
terfugiendo. Hac sua praesenti insercione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Premislien: si Feria Secunda post Festum Trans: figurationis Christi Domini pro: xima Anno eiusdem Domini Millesimo Sexcentesimo Trige: simo Quarto.

1634 7/VIII

Kulczycki donat alteri.

Comparens personaliter coram Officio actisque praesentibus Castren
Capitaneal Premislien Nobilis Lucas Kulczycki, filius
olim Nobilis Iwan Kulczycki Niedzwiedz dicti, sanus
mente et corpore existens; a Terris, districtibus, iuribus,
iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competenti:
bus recedendo; huicque autem Castren Capitaneal Premislien
Officii iurisdictioni, se cum successoribus ac bonis suis ge:
neraliter omnibus, quoad actum praesentem attinet, totaliter
et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere,
publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua
haereditaria et propria infrascripta, videlicet totam et inte:
gram sortem in Agro Zdonia, fundo Villae Kulczyce
adiacenti

adiacenti, nuncupatam sitam, inter metas Nobilium Wasko Kulczyc:
ki Bisrow dicti ab una, et Nobilis Wohoni Kulczycki Niedzwie:
dziowic fratris sui germani ab altera parte sitam, ab agro dicto
Laz usque ad Graniciem Radlowska nuncupatam, in longitudinem
se protendentem; Latitudinem in se, a qua praefata sors agri inci:
pit Ulnarum tredecim, ubi vero determinatur, a granicie
Villae dicta Radlowska, latitudinem Octo Ulnarum continentem;
cum omni iure dominio et proprietate, cumque omnibus et singulis bo:
norum commoditatibus, utilitatibus, fructibus, proventibus, emolumentis,
attinentiis et pertinentiis quomodolibet spectantibus, nullis penitus ex:
clusis [nullis penitus exclusis] nec pro se aut suis successoribus
seu alio quopiam reservatis et exceptis: Verum ita late
longe, circumferentialiter, prout praefatorum bonorum haereditatis sue in
suis metis et limitibus ab antiquo extradit et protenditur,
et prout eadem bona ipsemet recognoscens tenuit, habuit, et
possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem serviebant. Iam
ex nunc et de facto Nobili Iacko Kulczycki, praedicti
Nobilis Wohoni Kulczycki Niedzwiedziowic filio, nepo:
ti vero suo germano, eiusque posteris dat, donat, ac titulo
purae merae, et irrevocabilis donationis inscribit et resi:
gnat; perpetuo et in aevum, irrevocabiliter. Et iam ex
nunc eadem recognoscens Nobilis Lucas Kulczycki, eidem Iacko
Kulczycki donatario suo ac ipsius posteris, in eadem bona fratribus

donata ~~coram~~ Officio ~~dat~~ et admittit realem intromissionē et actualem pacificamq. Possessionem, per Ministerialem quemcumq. et Nobiles duos, ipsi iam ex nunc ab Officio praesenti ad ditos, die quacumq. voluerit officiose acceptand. Per ipsum Donatarium suū eiusq. successores bona praedicta praesentibus donata tenend. habend. possidend. illisq. pacifice et quiete fruendi, ac ad suos suorumq. successorum quoque beneplacitos usus libere et effectualiter convertendi perpetuis temporibus. Debebitq. et tenebitur praefatus recognoscens, prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq. pecuniariisq. quibusvis inscribit et obligat praesentibus, eundem Jacko Kulczycki Donatarium suū et eius successores in eisdem bonis praetitulatis donatis, et ratione eorundem ab omni et quavis impetitione iuridica, quarumcumq. personarum, cuiuscumq. conditionis status et sexus existentium coram quovis Iudicio et Officio Regni exorienda; toties quoties opus fuerit, per oēs praesentis Terrae, quae ad quamlibet personam Terrae spectat et pertinet praescriptio, tueri, defendere, evincere, intercedere indemnemq. et indemnes reddere. Nec non bona eadem praesentibus donata tam in toto quam in parte ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus, prioribus et posterioribus, in eisdem bonis donatis factis et faciend. excepta nihilominus inscriptione Terrae Premisliensis per se requirenda super summam viginti Millium florenorum Polonicorum pecuniae Nobili Misko Kulczycki Parasowic nuncupato facta et recognita,

ac super

ac super bonis modernis obligandis ~~effectualiter~~: à qua inscriptione obligationem ipsemet Donatarius suus praefata bona emundare et eximere tenebitur: Item etiā à quibusvis aliis oneribus in eadem bona importatis et importand. Lucris dominiss ac pluviis, possessionibusq. iuris quibusvis in quovis puncto et gradu iuris dependentibus et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, in eisdem bonis donatis productis et producend. emundare et eliberare, mundaq. et libera semper facere: ac etiā intromissionem praefatam coram Officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum dictorum per Ministerialem et Nobiles officiose requiretur non denegare; imo tenebitur eandem libere et effectualiter dare et admittere; dataq. et admissa eadem possessionem et usumfructum praemissorum omnium quovis modo, tam per se quā per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere: ipsumq. Donatarium suū et eius posteros tam in toto, quā in quavis minima parte non inturbari: ita ut eadem bona praesentibus donata idem Nobilis Jacko Kulczycki Donatarius suus suisq. cū posteris quiete et pacifice, praesentis sua donationis inscriptionis vigore tenere et possidere queat temporibus duituris. Idq. sub damnis devestibus, ad simplicem verbi assertionē sine corporali iuramento taxandis per eundem recognoscentem Nobilē Lucā Kulczycki sive eius successores suprascripto Nobili Jacko Kulczycki sive eius successoribus, ob non completionē praemissorum omnium et singulorū tam in parte quā in toto, toties quoties opus

fuerit ad solvend. succumbent. Pro quibus quidem damnis terre:
stribus simpliciter absq. corporali iurato taxand. ac re aliqua prae:
dicta ex praemissis non completa, complendisq. praemissis citatus praedictus
praenominatus recognoscens Nobilis Lucas Kulczycki, aut eius
successores ad instantiam praedicti Nobilis Jacko Kulczycki
aut eius successorum, ad Officium praesens Castren. Capitan. Pre:
misliense, extra recessum suppositi, quoad respondendum spectat me:
diante, semper in primo Citationis termino, tanquam peremptorio
stare, iuri parere, respondere, damna praefata terrestria simpliciter
absq. corporali taxanda iuramento luere, et praefati nihilo:
minus inscriptionem in toto satisfacere, ac decreti iudicati pati debe:
bit ac tenebitur, seq. ac suos successores ad eundem omnino obligat
et adstringit: eundem terminum primum peremptorium, et alios consequentes
causae eiusdem terminos semper peremptorios. Vera infirmitate, praema:
iori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum,
servitio militari, ad munimenta ad Evictorem, vel aliisquibusvis
dilationibus et legibus impedimentis non differendo; ad qui:
busvis ultra primos praefati Castren. Capitan. Premisliensis Offi:
cii terminos dilationem sibi non recipiendo; nullasq. motiones,
appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ponsasq. omnia plais
simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, ta:
talibus iuris, praescriptione temporis, bello, conventionibusq., et aliis ordi:
nariis remediis, et defensis non subterfugiendo. Haec sua praedicta
inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Poplawski

Poplawski Roznowey debet.

Comparens personaliter coram Officio actisq. praesentibus Castren. Capitan. Pre:
misliens. Generosus Stanislaus Poplawski in Rzepiska et Lackahe:
res; sanus mente et corpore existens; à terris, districtibus, iuribus,
iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo; huic
autem Castren. Capitan. Premisliens. iurisdictioni se cum successoribus
ac bonis suis generaliter omnibus, quoad actum praesentem totaliter et
plenarie incorporando atq. subiiciendo; palam, libere, publice
ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosae Zophiae de Ba:
ranow Ultimi nuptus Generosi Alberti Roznow consortis legi:
timae, et ipsius successoribus summam Octingentorum Pecuniae Polon.
florenorum, monetae et numeri in Regno currentis, quolibet
vero grossis triginta Polon. computando florenum, certi, veri,
iusti et liquidi debiti, mutuatisq. apud ipsam per serenissimus
pecuniis, tenetur atq. debet. Quam quidem Octingentorum
pecuniae Polon. florenorum summam, se ac suos successores
in et super bonis suis generaliter omnibus, ac summis quibusvis
pecuniariis habitis et habendis, eidem Generosae Zophiae de Bara:
now Roznowa Creditrici suae inscribit et obligat hinc et ab
actu praesenti per Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli pri:
mo termino, dare, solvere, et coram Officio actisq. praesentibus Castren.
Capitan. Premisliens. realiter et in effectu reponere et relin:
quere, repositamq. et relictam vestris ab eodem Officio
non effidendum nec arrestare, seu modo quovis alio impugnando: